

# ERMOLDI NIGELLI<sup>13</sup> PROLOGUS.

REGIA ERMOLDI. (\*)

**E**ditor (1), ætherea splendes qui Patris in arc  
**R**egnator mundi, fautorque, Redemptor, & aucto  
**M**ilitibus dignis referas qui Regna poloru  
**O**lim conclusos culpa parientis Avern  
**L**uminis æterni revehis qui Christe tribuna  
**D**avid psalmicanus prælagâ carminis illu  
**V**oce prius modulans, dudum miranda relat  
**S**acra futurorum qui promsit dogmata vate  
**C**onfer rusticulo, quo possim Cæsaris in ho  
**E**ximii exiguo modulariter poscito (2) rit  
**C**armine gesta loqui. Nymphas non deprecor istu  
**I**nsani quondam ut prisca fecere perit  
**N**ec rogo Pierides, nec Phœbi tramite (3) lime  
**I**ngrediar capturus opem, nec Apollinis alm  
**T**alia cum facerem (4), quos vana peritia lusi  
**H**orridus & teter depressit corda (5) Vehemot  
**L**imina siderei potius peto luminis, ut So  
**V**erus iustitiæ dignetur dona precat  
**D**edere: namque mihi non flagito versibus hoc, quo  
**O**mnia gestorum percurram pectine parv  
**I**n quibus & magni possunt cessare (6) magistr  
**C**æsaream flectant aciem, sed cantibus huc hu  
**I**ncipiam celebrare. Fave modò Christe precant  
**C**armina, me exilio pro quâs nunc Principis ab ho  
**A**uxilium miserando levet, qui celsus in aul  
**E**rigit abjectos, parcit peccantibus, atqu  
**S**pargit in inmensum clari vice lumina Soli  
**A**lta regis Christi Princeps qui maxime sceptr  
**R**ex *Hludovice* pie, & pietatis munere Cæsa  
**I**nsignis meriti, præclarus dogmate Christ  
**S**uscipe gratanter, profert quæ dona *Nigellu*  
**A**ufubus (7) acta tamen qui tangere carmine vestr  
**R**egis ob æterni vestro qui pectore sempe  
**M**ansit amor. Cæsar famulum relevato cadente  
**A**ltonans Christus vos quo sublimet in æthr

**E**  
**R**  
**M**  
**O**  
**L**  
**D**  
**U**  
**S**  
**C**  
**E**  
**C**  
**I**  
**N**  
**I**  
**T**  
**H**  
**L**  
**U**  
**D**  
**O**  
**I**  
**C**  
**I**  
**C**  
**A**  
**E**  
**S**  
**A**  
**R**  
**I**  
**S**  
**A**  
**R**  
**M**  
**A**.

(\*) Inscriptio à secunda manu adposita.

(1) Tenebroso verbo sua exorditur Ermoldus. Pro *Conditor* usurpata vox videtur; quamquam potius suspicor pro *Editor* scriptum fuisse a Poeta *Editus*, aut *Edite*, pro *Natus*, sive *Nate*. Is enim Christum alloquitur.

(2) Pro *postulato*. Infra habet *pectine parvo*, ita ut de ea voce dubitem. (3) Lambecius edidit *lumen*. At MSus Codex manifeste habet *limen*: neque aliter legendum persuadet *ingrebar* subsequentis verius.

(4) Immo *facere*, ut sit sensus: quum Ethnici hoc facerent, eorum corda obtenebravit Satan.

(5) Pro *Bebemoth*, idest Diabolus: ita enim hanc bestiam a Scripturis sacris memoratam Veteres allegorice sunt interpretati. (6) Pro *deficere*. Scripsit fortasse Nigellus *certare*.

(7) An potius *aufus*, quod poscere videtur sublequens *tangere*?